

Analecta coleopterologica.

Auctore

Andrea Semenov, petropolitano.

III *).

21. *Coscinia signata* Sem. 1889 (Horae Soc. Ent. Ross., XXIII, p. 394; ibid., XXV, 1891, p. 289) = *Coscinia transcaucasica* Chaud. 1876 (Bull. Soc. Nat. Mosc. 1876, I, p. 120) = *Coscinia pictula* H. W. Bates 1874 (Entom. Monthly Magaz., XI, p. 95; Heyden in Kraatz, Ent. Monatsblätt., I, 1876, p. 140). Haec species, **Graniger**¹⁾ **pictulus** (H. W. Bates 1874) nominanda, inde a Transcaucasiâ orientali (Dagestan teste Chaudoir) trans Persiam borealem (teste H. W. Bates) saltem usque ad curs. infer. fl. Tedshen in Turcomaniâ, ubi hanc speciem ipse 23. V. 1889 copiose collegi, propagata esse videtur.

22. Si *Agostenus costulatus* Motsch. 1859 (Bull. Soc. Nat. Mosc., XXXII, II, p. 488) = *Chlaenius quadrisulcatus* (non Payk. 1790) Illig. 1798 et auctor. = *Chlaenius (Agostenus) illigeri* Ganglb. 1892 (Die Käf. v. Mitteleur., I, p. 391), haec species nominanda est: **Chlaenius (Agostenus) costulatus** (Motsch. 1859).

23. Anno 1891 (Horae Soc. Ent. Ross., XXV, p. 306) demonstravi, *Thanatophilum trituberculatum* (W. Kirby 1837) [sagacem (Mannh. 1853)] aliam esse speciem atque *Thanatophilus baicalicus* (Motsch. 1860) (in Schrenck, Reis. u. Forsch. im Amurl., II, 2, p. 125; tab. VIII, fig. 22; sub.: *Oiceoptoma*): illa species est Americae arcticae, haec totius Sibiriae borealis atque zonae arcticae Rossiae Europae, ubi occidentem versus progreditur usque ad peninsulam Kola, incola. Ergo **Thanatophilum baicalicum** (Motsch. 1860) cl. J. Sahlberg perperam sub nomine *Th. trituberculati* descripsit [Enumer. Col. Clavicorn. Fenn. (Acta Soc. pro Fauna et Fl. Fenn., VI), 1889, pp. 21—22] et citavit (Cat. Col. faunae Fenn. geogr., 1900, p. 51).

*) Cf. Revue Russe d'Entom., 1903, p. 99.

1) Nomine *Coscinia* praeoccupato in Lepidopteris (Hübner. 1816) nomini *Coscinia* Dej. 1831 praeferendum est ejus synonymon **Graniger** Motsch. 1864.

24. *Melambia tekensis* K o e n i g 1889 (Horae Soc. Ent. Ross., XXIII, p. 301) occurrit praeter Turcomaniam etiam in Buchariâ australi: Shirabad (Acad. Dr. S. K o r z h i n s k y ! 4. V. 1897) (specim. in coll. P. S e m e n o v).

25. *Eremazum cribratum* S e m. 1893 (Horae Soc. Ent. Ross., XXVII, p. 451) in montibus Dshungariae (ad lac. Dshasyl-kul) habitare erratim indicavi: originale ejus specimen provenit e circulo Merv provinciae Transcaspicae (comes R. I v a n o v i t s h ! 1884); ergo haec species (de qua cf. imprimis Clouët des Pesruches: Ann. Soc. Ent. Belg., XLI, 1897, pp. 266, 268) propria est meris desertis tunanicis Kara-kum et Kizil-kum dictis.

26. *Geotrupes foveatus* M a r s h. (perperam) ap. S o l s k y 1876 (in Федченко, Путеш. въ Туркест., Coleoptera, II, p. 358) = *Geotrupes foveatus* H a r. var. ap. S h a r p 1890 (in Scient. Res. 2^d Yark. Miss., Coleoptera, p. 45) = *Geotrupes impressus* G e b l. (perperam) ap. F a i r m a i r e 1891 (Ann. Soc. Ent. Belg., XXXV, p. CXXI) = *Geotrypes jakovlevi* S e m. 1891 (Horae Soc. Ent. Ross., XXV, p. 314). Quae manifestissima species habitat in montanis totius Turkestaniae usque ad Kashmir meridiem et Chotan-tag orientem versus; tamen in Dshungariâ rossicâ (Semiretshje) omnino abesse videtur; deest etiam toti provinciae Transcaspicae.

27. *Polyphylla alba permagna* R t t r. 1901 [Deutsche Ent. Zeitschr., p. 76; Bestimm.-Tabell. d. Melolonth., III (Verh. Naturf. Ver. Brünn, XL), 1902, p. 273] = *P. alba* (P a l l. 1771) typica. *Polyphylla alba vicaria* S e m. 1900 (Horae Soc. Ent. Ross., XXXIV, pp. 309, 317) est ejus subspecies orientalis (m o n g o l i c a), iis, quae in descriptione nostrâ exposita sunt signis distinctissima. Ergo apud R e i t t e r (1902, l. c.) has formas negliger confusas invenimus.

28. *Phyllognathus hauseri* R t t r. 1894 est bona species, a *Ph. sileno* (F.) non solum iis, quae apud R e i t t e r [Bestimm.-Tabell. d. Melolonth. etc., II. Th. (Verh. Naturf. Ver. Brünn, XXXVII), 1898, pp. 8–9] afferuntur insignibus, sed praesertim structurâ capitis in ♀ discrepans: dum in *Ph. sileno* clypeus ab elevatione frontali parum indicatâ antrorsum sensim declivis, aspectu desuper latius et minus regulariter triangularis est apice late obtusato parum vel perparum sursum reflexo, in *Ph. hauseri* clypeus ab elevatione frontali fortissimâ, tuberi formi antrorsum valde abrupteque declivis, suturâ frontali angulum multo acutiorem efficiente, aspectu desuper angustius regulariusque triangularis, apice acuminato alte sursum reflexo (aspectu a latere). *Phyllognathus hauseri* habitat inde a littoribus orientalibus maris Caspii [Krasnovodsk (C. A h n g e r ! 10–23. IV. 1899), Tshikishljär (M. P o m e r a n t z e v !)] trans totam provinciam Transcaspicam saltem ad oram australem deserti Kizil-kum [Mussa-bai et Kalma-tai (D. G l a s u n o v ! 1892)] usque. *Ph. silenus* orientem versus progreditur, quantum mihi constat, solum ad littora occidentalia maris Caspii usque.

29. *Capnodis bactriana* Sem. 1891 (Horae Soc. Ent. Ross., XXV, p. 334) proxime affinis est *C. anthracinae* Fisch. W. 1830 et imprimis ejus var. *cribricollis* Ab. de Perr. 1896 (Revue d'Ent. Fr., XV, p. 270) atque fortasse est mera illius varietas s. subspecies; differre videtur praesertim structurâ ultimae laminae ventralis abdominis. Species nostra fusius comparanda est cum *C. anthracinâ* Fisch. W. typicâ, quam ante oculos non habere doleo.

30. *Capnodis 6-maculata* Ball. 1871 (Bull. Soc. Nat. Mosc., XLIII, II, p. 349) differt a *Capn. henningi* Fald. 1835 (quam meram esse *C. carbonariae* Klug subspeciem existimo) praeter signa apud Abeille de Perrin (Rev. d'Ent. Fr., XV, 1896, p. 271) allata etiam pronoto lateribus ante medium paulo minus dilatato magisque rotundato, toreumatibus (ectypis) disci anterioribus semper multo minoribus, subtus corpore toto, imprimis lateribus sterni magis punctatis, prosterni lobo gulari medio minus exciso, magnitudine plerumque paulo minore (long. speciminum nostrorum 17,5 — 27,5 mm.). Ergo hanc speciem autonomam esse censeo, eo magis quod et aream geographicam peculiarem occupat: *C. 6-maculata* habitat inde a Turcomaniâ [montes Kopet-dagh pr. Aschabad (?) (P. Varentzov!)] in Turkestaniâ rossicâ [Chodshent (teste Ballion!); Shachimardan (collector ignot. B. Jakovlevi!)] atque Buchariâ orientali [Darvaz: Kyrgovat, alt. 2.010 m. (exped. B. Grombchevskii! 14. VI. 1889); Vantsh, alt. 2.750 m. (exped. ejusdem! 24. VII. 1889)]. — In nostris 7 speciminibus elytrorum maculae potius minores, quam majores sunt iisdem *Capnodis henningi*.

31. *Capnodis metallica* Ball. 1871 (Bull. Soc. Nat. Mosc., XLIII, II, p. 349) est procul dubio mera varietas orientalis *Capnodis miliaris* Klug 1829 (cf. etiam Abeille de Perrin: Revue d'Ent. Fr. 1896, p. 271). Quae forma habitat inde a Turcomaniâ, ubi occurrit unacum formâ typicâ *C. miliaris* speciminibusque transitoriis cum ea copulatur, trans totam Turkestaniam rossicam ad Turkestaniam chinensem usque: Luk-tshun (exped. V. Roborovsky & P. Kozlov! 1895).

32. *Aurigena mutabilis* Abeille de Perrin 1896 (Revue d'Ent. Fr., XV, pp. 272, 273) = *Aurigena transcaspica* Sem. 1891 (Horae Soc. Ent. Ross., XXV, p. 332). Hujus speciei var. s. subsp. *punctulata* Ab. de Perr. 1896 (l. c.) praecipue Caucaso orientali propria esse videtur, var. s. subsp. *subcostata* Rtt. 1889 (Deutsch. Ent. Zeitschr., p. 281: *A. lugubris* F. var. *subcostata*) — Transcaucasiae australi; illam habeo e Derbent (A. Komarov!), hanc e valle Araxis fluminis [Ordubad (A. Kubischtek!)].

33. *Acmaeodera warentzoffi* (rectius: *varentzovi*) Théry 1895 (Ann. Soc. Ent. Fr. 1895, p. CLIX), imperfecte ab auctore descripta, verisimiliter = *Acmaeodera sogdiana deminuta* Sem. 1895 (Horae Soc. Ent. Ross., XXIX, p. 265), cujus descriptio uno fere eodemque tempore edita est.

34. *Agrilus impressifrons* Kiesenw. 1879 (Deutsche Ent. Zeitschr., p. 254) = *Agrilus melanopterus* Solsky 1876 (Horae Soc. Ent. Ross., XI,

p. 277). *A. impressifrons* K i e s e n w. plane omissus est a K e r r e m a n s in Catal. synonym. des Buprest. décr. de 1758 à 1890 (Mém. Soc. Ent. Belg., I, 1892), ut nonnullae aliae species [e. gr. *Trachys* (*Habroloma*) *aurea* S e m. 1889, *Melibaeus reitteri* S e m. 1889, *Aurigena transcaspica* S e m. 1891, variae a G a n g l b a u e r in t. XXIV Horarum Soc. Ent. Ross. (1889) descriptae *Buprestidarum* species] ²⁾.

35. Errore lapsus *Elaterem jakovlevi* S e m. 1891 (Horae Soc. Ent. Ross., XXV, p. 350) ex Irkutsk provenire l. c. indicavi; re verâ haec species collecta erat ad fl. Zeja, i. e. in prov. Amurensi (teste B. E. J a k o v l e v).

36. *Hoplia weisei* S e m. 1891 (Horae Soc. Ent. Ross., XXV, p. 327) = **Hoplia concolor** S h a r p 1890 (in Scient. Res. 2^d Yark. Miss., Coleopt., p. 47). Ambae discriptiones fere uno eodemque tempore pervulgatae, nam opus citatum S h a r p i, editum in Calcuttâ Indiae, solummodo a. 1891 in Europâ apparuit.

37. Nomine *Earophila* praeoccupato in Lepidopteris subgenus generis *Platyope* F i s c h. W. sub illo nomine a me in Revue Russe d'Ent. 1903, № 1, p. 9, institutum **Earophanta** (nom. nov.) denominandum propono.

38. *Polyarthron* (*Pseudoprionus*) *bang-haasi* P i c 1901 (Matér. p. serv. à l'étude des Longicornes, III, 3, p. 32) est mera **Polyarthri** (**Pseudoprioni**) *bienerti* H e y d. 1885 ³⁾ varietas. Color antennarum, palporum tarsorumque non est character specificus in *Polyarthris*, nam variat in iis manifeste, sicut variat in compluribus *Prionis*, imprimis asiaticis. Etiam structura 3ⁱⁱ articuli antennarum, forma et sculptura elytrorum nullum insigne specificum hic praebere mihi videntur. Praeterea feminae *Polyarthri bang-haasi* a feminis *Polyarthri bienerti* non differunt. Nihilo minus *P. bang-haasi* characterem formae localis praebere videtur. Examinaui duo hujus formae specimina ♂ (palpis, antennarum clavâ tarsisque pallescentibus), e montibus Shah-kuh (inter Astrabad et Shah-rud) (O. Herz! 1887; coll. G. Sievers, nunc in Mus. Zool. Acad. Caes. Scient. Petrop.), et praeterea duo ejusdem varietatis specimina ♂♀ (quorum ♂ omni ratione cum speciminibus Herzianis congruit) e „montibus prope Astrabad“ (C. S a a r o! 1899, in coll. A. J a k o v l e v). Ergo *Polyarthron bienerti* H e y d. occidentem versus progreditur saltem ad meridianum littoris orientalis maris Caspii (54° long. or. a Greenwich) usque et ad occidentalem suae areae oram varietate locali (v. *bang-haasi* P i c) repraesentatur.

²⁾ Qui catalogus, nimis negligenter conscriptus, et aliis laborat vitiis, velut in enumeratione specierum ejusdem *Agrili* generis: nomini *Agrili laeticipitis* S e m. 1891 (non *laeticipitis*, ut legit K e r r e m a n s) frustra substitutum est nomen *semenovi* K e r r.; *Agr. caucasicola* S e m. 1891 perperam emendatus est in „*A. caucasicolus*“; patria *Agr. validiusculi* S e m. 1891 et *Agr. ganglbaueri* S e m. 1891 false indicata („Caucasus“ loco: Turcomania) etc.

³⁾ Cf. A. S e m e n o v: Horae Soc. Ent. Ross., XXXIV, 1900, pp. 252, 253, 257.

39. *Apatophysis ocularis* P i c 1901 (Matér. p. serv. à l'étude des Longicornes, III, 3, p. 9) = *Apatophysis toxotoides* C h e v r. 1860 (specim. detrit.). Cf. Revue Russe d'Ent., II, 1902, p. 119.

40. Nomine „*opaca*“ in gen. *Clytra* L a i c h. praeoccupato (R o s e n h a u e r 1856), *Clytram opacam* J a c o b s o n 1898 (Ann. Mus. Zool. Acad. Imp. Sc. St.-Pétersb., III, p. 191) *Clytra jacobsoni* nominandam propono. Quae species ob scutellum subconice eminens, caput haud sulcatum fronte et vertice abunde lanuginosis, formam latam et validam, elytra maximâ ex parte subopaca, subgenus peculiare, nomine *Clytraria* n. designandum, repraesentare mihi videtur. Hanc insignem speciem habeo e prov. Bucharicâ Hissar dictâ: curs. super. fl. Tupalang (E. Willberg! 1898), Karatag (M a u r e r jr.!) (4 specim. in coll. P. S e m e n o v).

De novo *Evaniidarum* genere (Hymenoptera).

Scriptit

Andreas Semenov petropolitanus.

In descriptione meâ *Aulaci sibiricolae* S e m. 1892 [Bull. Acad. Imp. Sc. St.-Pétersb., N. S., III (XXXV), pp. 27—28 = Mém. biol. tir. du Bull., XIII, 2, pp. 215—216], tum a me in genus *Aulacus* sensu A. Schlettereri (1889) relati, insignia peculiaria, quibus haec egregia species a congeneribus omnibus discedit, jam exposui. *Aulaco* genere recentiore tempore a Kieffer in tria genera optimo jure diffisso (cf. Ann. Soc. Ent. Fr. 1899, p. 813; Bull. Soc. Ent. Fr. 1900, p. 338; in W y t s m a n, Genera Insectorum, Hymenoptera, Fam. *Evaniidae*, 1902, pp. 11 seqq.), etiam *Aulacum sibiricolam* S e m. in genus peculiare, *Anaulacus* nominandum, ob unguiculos margine interno distincte etsi minute bidenticulatos, alas posticas cellulis duabus venulâ brevissimâ interpositâ separatis, alas anticas cellulâ radiali valde elongatâ, maculis obscuris nullis, venis pallidis, abdomen fortiter compressum petiolo valde elongato, pedes longos et graciles, habitum peculiarem, secernendum esse censeo. Doleo, me *Anaulacum sibiricolam* nunc ante oculos non habere.

In genus *Anaulacus* m. fortasse etiam *Aulacus rufitarsis* C r e s s. 1864 (cf. Schletterer: Ann. Naturh. Hofmus. Wien., IV, 1889, p. 535) referendus (cf. Kieffer: Bull. Soc. Ent. Fr. 1900, pp. 338—339).

¹⁾ Cf. Revue Russe d'Entom., III, 1903, p. 40.